



Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De
Imitatione Christi Libri Quatuor**

Thomas <von Kempen>

Augustæ Vindel., 1772

Caput XXXIX. Quod homo non sit importunus in negotiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

cibus sermonibus falsa pietate delufi
sunt.

C A P U T XXXIX.

*Quod homo non sit importunus in
negotiis.*

I. Fili, committe mihi semper cau-
sam tuam, ego bene disponam
in tempore suo.

Exspecta ordinationem meam, &
senties inde profectum.

Domine satis, libenter tibi omnes
res committo: quia parum potest co-
gitatio mea proficere.

Utinam non multum adhærerem
futuris eventibus, sed ad beneplaci-
tum tuum incunctanter me offer-
rem!

2. Fili mi, saepe homo rem aliqua
vehementer agitat, quam desiderat:
sed cum ad eam pervenerit, aliter
sentire incipit: quia affectiones cir-
ca idem non sunt durabiles; sed ma-
gis de uno ad aliud impellunt.

O 2

Non

ne omni-
o.
opropin-
terreno

Deum

s in se
lescit.

boni at-

venire

s sancti

ihilare,

evacua-

magna

turas,

coris.

Crea-

am va-

sit, si

ir, re-

GA-

Non est ergo minimum, etiam in
minimis seipsum relinquere.

3. Verus profectus hominis est
abnegatio sui ipsius, & homo abne-
gatus, valde liber est, & securus.

Sed antiquus hostis, omnibus bonis
adversans, a tentatione non cessat,
sed diu noctuque graves molitur in-
fidias, si forte in laqueum deceptio-
nis possit præcipitare incatum.

*Vigilate & orate, dicit Dominus,
ut non intretis in temptationem.*

C A P U T XL.

*Quod homo nihil boni ex se habet, &
de nullo gloriari potest.*

Domine, quid est homo, quod me-
mor es ejus, aut filius hominis,
quia visitas eum?

Quid promeruit homo, ut dares
illi gratiam tuam?

Domine, quid possum conqueri, si
me deseris? aut quid juste obtende-
re possum, si quod peto, non fec-
ris?

Cer-